



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Idem expressum ex Plinio, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Sunt & non pauci albi, & purpureis punctis aspersis versicolores, quæ coloris varietate, & odoris suavitate, cum rosis de principatu certant.

L I L I V M.

Ex D. Ambrosio, c. 8. lib. 3. Hexam.

Descriptio CXXXIII.

Considerate lilia agri, quantus sit candor in follis, quemadmodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videantur asurgere, ut Scyphi exprimant formam, ut auri species quædam intus effulgeat, quæ tamen vallo in circuitu floris obsepta, nulli pateat iniuriæ.

Idem expressum ex Plinio, &c.

Num vero talis est liliij pulchritudo? Num excelsa species? Num maiestate cinctum caput, cuius oneri vix collum sufficit? num argenteorum foliorum striati ordines? num paulatim in latitudinem se explicantes angustia? num resupina per ambitum labella, num delicatissima, quæ interius sunt fila? num filorum stantia crocis aureolis capita? num odor, num candor eximius, satis istud, vel me tacente, prædicant? egregio flore digna vestis, cuius viror radiat, fulget purpura, aurum rutilat, crocus accenditur, tot enim sunt in lilio colores, ut Theophrastus, Plinius, & Dioscorides naturalis historiarum antesignani auctores memorant? quin & lilia to-

ta rubentia narcissos vocant, O flor natura corculum, & mundi delictum: macie ista specie, macie tam vario colorum apparatu. Felix quidem in multis, sed in vno omnium felicissimus, quod præconem habes tuarum laudum, non Apollinem, sed Christum, qui te regis magni opulentia anteposuit.

L I L I V M P E R S I C V M.

Ex Rouillo, l. xv.

Caulis est Lilio Persico ternum cubitorum, quem fusè ambiunt folia ex cæruleo virentia, mucronata, liliis cruentis paria; flores nutantes, nolarum effigie obsoleta purpura nigricant: radix bulbosa, filis, minimè squammis loricata, albida, aucta parte sessilis, & plana, porrectis subtus obscure flauentibus.

R O S A.

Ex D. Ambrosio.

Descriptio CXXXIV.

Svrrex erat antea floribus immixta teneris sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine vlla fraude vernabat: Postea spina sepsit gratiam floris, tanquam humanæ speculum præferens vitæ, quæ suavitatem perfunctorum suæ finitimis curarum stimulis sæpe com-
pungat.

V E R.

Ex Theophrasto.

Descriptio CXXXV.

Ὅτιν ἂν τὴν δεικνύσῃ παραρρήτων ὑδάτων ὡς ἡδὲ δὲ ὁ Ζέφυρος ὑποκινῶν ἡρέμα πρὸς κλάσιν, πο κίλων δὲ καὶ ὀρέθων ὕδατος, καὶ ἀνθέων χροιάς, καὶ λειμῶν δὲ δάμωνι. Ἰὰ μὲν γαργίας θργα, ἰὰ δὲ φύσεως δῶρα, πάντα εὐάδη γῆς ὑγραινοσῆς χυμοί, τὸ ἴε νυμφῶν ἀνδρῶν ὁδὲ ἐπαυνέθμα. Διοκρίτορ γὰρ δέει.

Licet præterlabentem riuulum transgredi: Quam vero suaviter Zephyrus tacto strepitu mouet ramos, ac frondes? Ad hæc variaz auium cantiones accedunt, florum colores, pratorum frutices, partim agricolationis opera, partim naturæ dona: omnia suavissimo odore fragrantia: terra humores saluberrimi: Nympharum vero ægrum non laudabo: requirit enim Theocritum.

Argu-